Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-207697-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-207697-p0002-4

17
1786, 25.
9
P 198

# DE
# RE LIBRARIA
# IN IMPERIO GERMANICO
# ORDINANDA

EXERCITATIO PRIMA
ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS
AVCTORITATE
P R A E S I D E

## D. CHRIST. GOTTL. RICHTERO

A. D. XXX MART. A. C. CIↃIↃCCLXXXVI

AD DISPVTANDVM PROPOSVIT

IOANNES BALTHASAR KVSTNERVS
LIPSIENSIS
ARTIVM LIBERALIVM MAGISTER

LIPSIAE
EX OFFICINA KLAVBARTHIA

KOEN. FRIED. UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-207697-p0003-9

DE

# RE LIBRARIA

## IN IMPERIO GERMANICO

## ORDINANDA

Ex quo, praeſtantiſſima chalcographiae arte ſaeculo quintodecimo diuinitus inuenta, bonarumque litterarum inſtauratione ſubſequenti ſaeculo feliciſſimis auſpiciis facta, commercium librarium, a paruis initiis ortum, in imperio Germanico ſenſim paullatimque laetius efflorescere, ac maiora in dies incrementa capere coepit: nulla profecto capitalior

 peſtis,

peſtis, nulla maior corruptela inuadere mentes hominum potuit, neque vlla labes tantum rei ſaluberrimae detrimenti publice priuatimque intulit, quam procax illa libertas, ab inhoneſtiſſima quaeſtus cupiditate profecta, libros aliorum ſumtibus editos furtiua impreſſione repetendi, atque adeo commoda, quibus legitimi poſſeſſores, excluſis ceteris omnibus, ſoli frui iure ſuo debebant, rapacibus manibus iniuſtiſſime ſibi vindicandi. Quae quidem effrenata audacia, et inveterata peſſima trium ſaeculorum conſuetudine peruerſitas quo minus ad hunc vsque diem communi imperii noſtri lege coercita ac repreſſa, imo in plerisque Germaniae prouinciis atque ciuitatibus, nimia ipſorum principum ac magiſtratuum indulgentia, corroborata magis atque confirmata fuit, eo pernicioſior mercaturae librariae, ipſisque adeo litterarum diſciplinis exſtitit, adeo, vt tum ſcriptorum iura oppugnarentur, tum librariorum commoda labefactarentur. Cuius rei indignitas, ac triſtiſſima fundi librarii calamitas quamquam iam pridem ad ſuam librariorumque cauſſam contra temerarios nefariorum hominum auſus ſtrenue tuendam doctorum hominum ſtudia incendit, pluresque cum ex inſtituto et peculiari opera, tum oblata occaſione paſſim in ſcriptis ſuis aduerſus hanc peſtiferam impune rapiendi conſuetudinem vindicem ſtilum ſtringere adlaborarunt: decennio tamen abhinc quaeſtio de dominio litterario, diu multumque agitata, non popularium modo noſtrorum, ſed, malo iſto apud exteros

ros etiam dominante, Britannorum quoque atque Francogallorum ingenia exercuit. Quibus conatibus tot adflictae et conquaſſatae rei librariae defenſores atque patroni, quidquid huius diſputationis eſt, ita ad liquidum confeſſumque perduxerunt, vt promiſcua librorum impreſſio vniuerſe ſpectata, tamquam alieni vſurpatio aequitati naturali pariter ac ſummo iuri maxime contraria, et reipublicae bene ordinatae macula, intelligentiſſimo cuique penitus tollenda eſſe videretur. Non defuerunt quidem, qui, praeiudicatis opinionibus impediti, contortis quibusdam ratiunculis, ineptisque verborum ac notionum cauillationibus contrariam ſententiam ſtabilire conarentur. Sed non adeo miſera eſt librariorum conditio, non ita anceps ac dubia dominii litterarii cauſſa, vt a cuiusque vel diſputatoris vel philoſophaſtri ſiue argutiis ſiue petulantia pendeat. Nihilo tamen minus hoc in fatis rei librariae eſſe videtur, vt, quo maiorem in adſtruendo dominio litterario, et oſtendenda furtiuae impreſſionis turpitudine atque iniuſtitia operam praeclara ingenia inſumſerunt, eo impudentius ſeſe proteruiusque improborum audacia iactare ſuſtineat. Superioribus enim temporibus qui in litterarias aliorum poſſeſſiones irruerunt, falſa nomina plerumque mentiti, velut nocturni fures in tenebris obſcuri delituerunt. Hac noſtra autem, feraciſſima furtiuarum impreſſionum, aetate, abiecto omni pudore, in lucem venire conſpectumque hominum non dubitant, neque iam ſingulis rapinis con-

tenti viuunt, ſed ſocietates adeo ad euertendum omnium dominium ab iniuſtis rei librariae turbatoribus initae, ac priuilegiis latiſſime ſcriptis confirmatae in imperio Germanico ſuſtentantur. Nihil igitur tot tantisque librariorum de iure ſuo temere violato querelis, nihil tot disputationibus, a viris doctis et veri ſtudioſis ad malum illud auertendum conſcriptis, ad hunc vsque diem effectum fuiſſe, triſtiſſimus rerum vſus abunde teſtatur. Enimuero ego mihi ſic perſuadeo, aliisque etiam perſuaſum eſſe intelligo, principes imperii non tam propter iuris obſcuram dubiamque rationem de hac dominii litterarii cauſſa tam diu dubitaſſe, quam quod videretur ad fiſcum ſuum haec res pertinere, veniam ad alienos libros impune imprimendos indulſiſſe. Quod quoniam in imperio Germanico iam in conſuetudinem venit, et id boni etiam ac ſapientes principes permiſerunt, neſcio an reprehendendum, an vero querendum magis videatur. Quae me ratio mouit, vt, quia ſcribendi occaſio ſe in manus dedit, inſtituerem breuem totius rei hiſtoriam texere, et, cum malum iſtud furtiuarum impreſſionum non multo poſt, quam magnum illud beneficium, nouo ſcribendi genere reperto, vniuerſo terrarum orbi a prouidentia diuina conceſſum erat, tamquam peſtis animos hominum infecerit, partim quid legumlatores per tria ſaecula fecerint, partim quem crebrae doctorum hominum altercationes, et argumenta in vtramque partem prolata ſucceſſum habuerint, ſeruato temporum ordine

dine, deſcribere, ac poſtremo, qualis medicina morbo diuturno et inueterato paranda eſſe videatur, citra partium ſtudium oſtendere. Cuius disquiſitionis valde lubricae, ob temporis, in quas incluſus fui, anguſtias, hic libellus dumtaxat partem complectitur, quae non tam editur, quam velut vniuerſae commentationis ſpecimen nunc aequis ac peritis arbitris ſpectanda proponitur. Ceterum egregii publici cauſſa ſperare licet futurum, vt, ſi principes, quos vel iuris dubitatio vel fiſci commodum tardiores fecit adhuc ad ſeuere de hoc genere ſanciendum, hinc furta improbiſſima, inde lucri paullo iniquioris captandi auiditatem legibus ac diſciplinae publicae ſubiecerint, res libraria nimis corrupta ac turbata aliquando in ordinem redigatur.

CAPVT

# CAPVT I

Igitur huius mali, quo res libraria cummaxime premitur, exordium ſi volumus conſiderare, reperiemus id paullo altius eſſe repetendum, et a primis inde inuentae artis typographicae temporibus deriuandum. Fuerunt enim, qui dicerent, iam imperante Friderico III. prauam illam libros ab aliis excuſos adpetendi libidinem inuaſiſſe chalcographorum animos, atque adeo imperatorem, ab huiusmodi promiſcuis impreſſionibus auerſiſſimum, promouendaeque rei librariae cupidiſſimum, ad auertenda in poſterum damna priuilegia indulſiſſe, quibus malum naſcens opprimeretur. Quam ſententiam, neque teſtibus neque tabulis firmatam, primus propoſuit Io. Dau. Koehlerus [a]), eiusque exemplis probandae poſtea ſpem fecit diligentiſſimus et hiſtoriarum et iuris publici imperii Germanici auctor, Franc. Dom. Haeberlinus [b]). Quorum illud etſi veriſimillimum videtur, quoniam vtiliſſima ars vix reperta fuerat, cum et petulantia et auaritia eius cultores ad improbas fraudes malasque artes pelliceret, de quibus grauiter queſtus eſt clariſſimus ac veri amantiſſimus illius

a) Koehlerus *in der Teutſchen Reichshiſtorie Period. VI. p. 365. edit. Francof. et Lipſ. 1767.*

b) Haeberlinus *in dem Auszug aus der neuen allgemeinen Welthiſtorie Vol. VIII. p. 451.*

illius aetatis ſcriptor, Iac. Wimphelingius [c]), a Io. Dan. Schoepflino [d]) laudatus: hoc tamen, cum documenta ac teſtimonia, quae rem confirmarent, nondum producta fuerint, quin potius Haeberlinus [e]) paullo poſt, relicta Kochleri ſententia, huius generis originem ad Maximilianum I. retulerit, in dubitationem adhuc vocare licet. Alia enim priuilegia, ac iura praecipua, quibus Fridericus typographos propter artis impreſſoriae praeſtantiam ornauit, quibusque, vt obſeruauit Ger. Meermanus [f]), plures equeſtris ordinis et eccleſiaſticae dignitatis viri ad typographiam exercendam incitati fuerunt, cum ſcriptores eius aetatis poſteritatis memoriae prodiderint, vix credibile eſt, eos priuilegia impreſſoria, ſi qua ab imperatore conceſſa exſtitiſſent, propter nouitatem rei atque grauitatem, ſilentio plane fuiſſe praetermiſſuros. Quocumque autem tempore, in tanta rei obſcuritate et teſtimoniorum inopia, priuilegia librorum indulgeri coeperint, id certe ſatis liquet, multos iam eo protervitatis proceſſiſſe, vt, ſicut etiam nunc vſu obtingere videmus, in poſſeſſionem aliorum, nec priuilegio ſatis munitam, audacter irruerent.

Cuius

c) Wimphelingius *Iſidon. Germ. cap. XVI.*

d) Schoepflinus *Vindic. Typograph. cap. X. §. 24.*

e) Haeberlinus libro laudato *Vol. X. p. 182.*

f) Meermanus *Origg. Typograph. cap. II. §. 5. Tom. I. p. 47. ſeq.*

Cuius prorumpentis audaciae magnitudo, et querula chalcographorum iniuriam hoc nomine perpeſſorum vox atque lamentatio ineunte ſaeculo ſextodecimo, vt non ſine veri ſpecie coniicere licet, Maximilianum I. imperatorem litteratiſſimum, ac rei librariae iuuandae propagandaeque ſtudioſiſſimum, permouiſſe videtur, vt artis impreſſoriae cenſorem et ſuperadtendentem, quem dicunt, generalem per imperium Romanum conſtitueret, qui et priuilegiorum nomine imperatoris concedendorum poteſtate gauderet, et ingraveſcens illud promiſcuae impreſſionis malum grauiſſimis poenis reprimeret, remque librariam contra temerarios lucri cupidorum inſultus ſartam tectamque ſeruaret. Quod praeclarum optimi imperatoris inſtitutum, memoria ſaeculari nobiliſſimae artis inuentae opportunam occaſionem praebente, e monimentis eius aetatis erutum docte illuſtrauit Io. Petr. Ludewigius [g]). Sed praeter illum Iac. Oeſlerum, iurisconſultum Argentoratenſem, a Ludewigio memoratum, vix quisquam alius hac dignitate praeditus in annalibus rerum Germanicarum reperietur. Nec definire auſim, quam late, quidquid huius muneris fuit, patuerit. Iam quanta indignatione perverſam illam rationem libros ab aliis excuſos denuo imprimendi imperator omni laude cumulatiſſimus deteſtatus, quantaque grauitate in eiusmodi rei alienae inuaſores inuectus fuerit, vetuſtiſſima

g) Ludewigius *in den gelehrten Anzeigen Tom. III. N. XIV. p. 78. ſeqq.*

tuſtiſſima priuilegia, in quibus, tam ab imperatore, quam ab imperii ordinibus ſuper impreſſione librorum conceſſis, ſedulo inueſtigandis et adcurate deſcribendis vtiliſſimam operam conſumſit Gottfr. Dan. Hofmannus [h]), abunde declarant. Cuius rei documento, vt hoc vno vtar, eſſe poſſunt verba illa memoratu digniſſima, quae priuilegio a Maximiliano A. cIↃIↃXII. Io. Stabio, hiſtoriographo ſuo, indulto, quod primum Ioſeph. Ant. Rieggerus [i]), et poſt eum laudatus Hofmannus [k]) protulit, contra iſtam furtiuarum impreſſionum licentiam vniuerſe pronunciata continentur. *Cum inter alia,* inquit imperator, *quae pro Romani imperii gloria et incremento continue diſponimus, ſtudia bonarum artium non extremum locum ſibi vindicant, quae, ſicuti merentur, ſemper ſereno vultu complectimur, atque fouemus: cupientes, vt omnia debito ordine circa ea dirigantur ad rectam et perfectam inſtitutionem ſcire deſiderantium. Et cum intellexerimus non ſine magna animi noſtri diſplicentia, quod quidam chalcographorum illis ex auaritia et imperitia multum officiunt cum magna iactura eorumdem ſtudioſorum, cum antiqua et noua exemplaria ab eruditis viris magno labore exquiſita et ad vnguem emendata, ſiue etiam difficillimo ſtudio de nouo inuenta et elaborata, vt quamprimum edita vel impreſſa*

 *fuerint,*

h) Hofmannus *von den aelteſten Kayſerlichen vnd Landesherrlichen Bücher - Druck - oder Verlagpriuilegien* 1777. 8.

i) Rieggerus *Amoen. Litter. Friburg.*

k) Hofmannus *d. l. §. 9.*

*fuerint, inſidioſe conquirant, ac non ſine mendis et vitiis frequenter tamquam de induſtria in graue damnum, iacturam ac dedecus, nedum eorum, qui compoſuerunt, conquiſiuerunt, ſiue caſtigarunt, ſed etiam totius rei publicae litterariae, denuo furtiue contra voluntatem edentium imprimunt.* En vocem imperatoris in eos, quos temeraria dominatrix animi cupiditas ad furtiuas librorum iterationes in fraudem priorum editionum impulit, iuſtae indignationis pleniſſimam, et aliorum etiam priuilegiorum exordiis, vt videre licet apud Hofmannum [1]), eadem verborum conceptione poſtea repetitam. Nec quisquam mirari debet, malum illud, non ſingulorum modo commodis, ſed totius etiam reipublicae litterariae rationibus valde noxium, quod tanto opere auerſatus eſt imperator in litteras earumque cultores tam egregie animatus, vi ſummi imperii, ſcripta in vniuerſum contra temerariam furtiuae impreſſionis licentiam lege, non ſtatim ab eo funditus eſſe exſtirpatum. Iure enim communi, quo tum vniuerſa fere Europa in publicis priuatisue cauſſis regebatur, cum de dominio litterario nihil ſigillatim comprehenderetur, illud autem ius, quod non opinio hominum arbitriumque genuit, relictum plane neglectumque iaceret: procliue eſt intelligere, eam rem omnem, neque ciuili neque pontificio iure, propter inuenti nouitatem,

1) Idem *d. l. §. 17.*

tem, diſerte definitam, intra anguſtos priuilegiorum terminos ſtetiſſe. Itaque ex vana opinione, qua iteratam librorum ab aliis publicatorum impreſſionem ſine vllo diſcrimine legibus plane ſolutam exiſtimabant, vt in aliis rebuspublicis, ſic in Germania quoque noſtra priuilegiorum impreſſoriorum origo promanauit. Iam, diſcuſſis ſuperioris ignorantiae tenebris, cum noua hominum ingeniis lux propitio numine adfulſiſſet, et ſcripta, a viris doctis ſiue e puluere ſituque protracta, ſiue ingenio excogitata et elaborata induſtria, auidiſſime emta, ob exemplorum paucitatem, celerrime diſtraherentur: breue temporis ſpatium priuilegio expreſſum chalcographos de ſumtibus in impreſſionem erogatis, et emolumentis inde percipiendis ſatis indemnes praeſtabat. Quod, in tanta commerciorum conuerſione, commutataque mercaturae librariae facie, vnusquisque, cui non eſt hebes ingenium, ſatis intelligit, quam inepte a nonnullis ad exemplum trahatur, et ad noſtra tempora, librosque omnis generis transferatur.

Immoderata igitur furtiuarum impreſſionum libertas, iurisque naturalis de finibus dominii regundis ignoratio cum neceſſitatem priuilegiorum ad fraudulenta turpiusculae auaritiae conſilia eludenda inuexiſſent, in eodem ſtatu res libraria deinceps permanſit. Ac Carolo V. regnante quanta fuerit in libros aliorum impenſis excuſos iteratis editio-

nibus impune graſſandi licentia, Eraſmum Roterodamum Martinumque Lutherum teſtes fide digniſſimos, ab Illuſtri Io. Steph. Puttero [m]) in hanc rem iam productos, habemus. Plane Lutherus typographos, ob prauam illam promiſcuae impreſſionis conſuetudinem, furti, lege diuina iam prohibiti, ſumma cum indignatione increpuit, atque grauiſſima oratione damnauit. Facta enim ſacrorum inſtauratione, et excuſſo pontificiae dominationis iugo, cum acerrimus ille veritatis vindex plurimos libros, ad animos hominum purioris religionis praeceptis imbuendos, ac depellendam craſſae ſuperſtitionis caliginem, tantaque ſermonis patrii venuſtate atque elegantia, quantam haud alius vel huius vel ſequentis ſaeculi ſcriptor fuit adſecutus, conſcriptos, multoque ſale, et amoeni ingenii lepore conditos quotannis in publicum ederet, quos, in remotiſſimas adeo regiones translatos, homines tam incredibili cupiditate adripiebant, quaſi diuturnam ſitim explere cupientes: his lautiſſimis epulis, a praeſtantiſſimo ſcriptore publice adparatis, ineſcati ſamelici chalcographi neque honeſtate naturali, neque diuina religione, in orbem chriſtianum velut iure poſtliminii per Lutherum reducta, retineri ſe cohiberique paſſi ſunt, quin ſcripta illa, tanto cum plauſu vbique gentium excepta, ſaepe prelo adhuc madentia iterata editione reno-

m) Putterus *vom Büchernachdrucke p. 94. p. 73.* et *p. 125.*

renouarent. Sed neque Lutheri, neque aliorum de promiſcua impreſſione querelae et admonitiones apud principes, negotiis multo maioris momenti tum implicatos, quidquam ponderis habuerunt, neque vlla, niſi a priuilegiis, aduerſus rapiendi licentiam fuit ſecuritatis ratio. Iam diſſidentes de religione ſententiae, et grauiſſimae inter Pontificios atque Proteſtantes de praecipuis fidei ac diſciplinae eccleſiaſticae capitibus altercationes cum animos vtrimque vehementer exacerbarent, multique libelli famoſi, paſſim excuſi ac diſſeminati, magno Germanicae nationis opprobrio, omnes imperii prouincias peruagarentur: propullulantes illos artis chalcographicae abuſus imperator imperiique ordines variis quidem legibus ſuſtulerunt, quam illuſtrem legislationis Germanicae partem ex inſtituto expoſuerunt Adr. Deodat. Stegerus [n]), et paucis abhinc annis Ampliſſimus vrbis Lipſicae ſenator, nobisque amiciſſimus, Ern. Guil. Kuſtnerus [o]); furtiuae autem impreſſiones, cum non tam publicae rei, quam priuatorum commodis officere crederentur, nullius legis ſeueritate coercebantur. In quo quidem miratio ſubit, quod conſtitutio Carolina de criminibus, tam copioſa in vario furtorum, rei etiam minimae, genere deſcribendo atque puniendo, nullam plane furti-

n) Stegerus *Diſſ. de publica rei librariae tutela Lipſ. 1740.*

o) Kuſtnerus *Diſſ. de publica rei librariae cura, in primis Lipſienſi Lipſ. 1778. ſect. II.*

furtiuae impreſſionis mentionem fecit. Itane grauius peccat, qui aliquot minutos piſciculos clepſerit, quam qui librum quantiuis pretii mala fraude iterauerit? Eſt quidem, fateor, quaedam harum actionum diuerſitas iure arbitrio hominum conſtituto: iure naturali vero quicumque, quod alterius eſt, dolo malo ſurripit, ſemper furti tenetur. Nullo igitur tutelae publicae praeſidio, niſi priuilegiis, vel a Caeſare, vel ab imperii ordinibus impetratis, dominium litterarium contra furtiuam impreſſionem ſub diuturno Caroli imperio fuit munitum.

Qui deinceps, vſque ad exitum ſaeculi ſextidecimi, rebus Germanorum praefuerunt imperatores quamquam conſentientibus ordinibus veteres de re libraria leges ſubinde renouarunt, nouisque ſanctionibus abuſus compeſcuerunt: tamen ne fiſci ſui commodis, quae nundinatio illa priuilegiorum, ſuper impreſſione librorum in dies magis magisque expetitorum, inſigniter augebat, obeſſent, praecipitem huius mali obuia cuncta obterentis rotam nullo ſeuerae legislationis ſufflamine retinueruut. Senſim vero res eo venit, vt non modo, conuulſis priuilegiorum Caeſareorum repagulis, contemtaque imperatoris auctoritate, conditionibus, quae diplomatis expreſſae continebantur, ſatisfacere prorſus negligerent, ſed etiam priuilegia, numquam conceſſa atque impetrata, in titulis librorum proterue mentirentur.

rentur. Quae quidem crebra priuilegiorum re vera indultorum violatio, et mendax in fraudem fiſci Caeſarei librorum inſcriptio Maximilianum II. mouit, vt omnem huius rei quaeſtionem ſenatui Francofurtano demandaret. Quam cum ſenatus deprecatus eſſet, et, quod factum non oportuit, ipſum imperatorem ſupplex rogaſſet, vt ex amicorum numero quaeſitores Francofurtum mitteret: Rudolphus tandem II. A. cIↄIↄLXXIX. et cIↄIↄLXXX. delegatos ad rem librariam, quos librorum commiſſarios barbare vocant, Francofurti conſtituit. Hiſtoriam huius rei doctiſſimus Orthius [p]) e tabulis publicis et commentariis fide dignis vberius enarrauit. Quod quidem inſtitutum deinceps perennis plurimarum contentionum ſcaturigo fuit, reique librariae plus nocuit, quam profuit. Delegati enim Caeſarei impotentem in librarios dominatum exercere, Euangelicae religioni addictos indigniſſime exagitare, commerciorum librariorum libertatem imminuere, dominium litterarium peſſundare, denique, poteſtate ſua ita abuti, vt exinde in mercatum librarium, quem celeberrimum illud emporium antea florentiſſimum viderat, maximum detrimentum redundaret.

p) Orthius *in der Abhandlung von den Reichsmeſſen zu Frankfurt am Mayn ſect. XIII.*

# CAPVT II

Saeculo igitur ſextodecimo, cuius tempora hactenus perſecuti ſumus, ſuſcepta licet ab imperatore imperiique ordinibus rei librariae tutela, nulla tamen lex imperii communis, nulla ſanctio prouincialis indomitam effrenatamque promiſcuae impreſſionis cupiditatem tamquam in gyrum rationis et iuſtitiae coegit. Nec meliore fortuna ſequenti ſaeculo ſeptimodecimo per vniuerſum imperium res libraria vſa fuit, imo, furente belli ciuilis flamma, Caeſare tyrannidem adfectante, religionis diſſidio dimidio paene ſaeculo imperium continuis motibus vexante, omnibusque in praeceps ruentibus, ne ſuperioribus quidem legibus de re libraria latis honos ſtetit ſuus. Quidam tamen imperii ordines ſero tandem intellexerunt, nimiam iſthanc furtiuarum impreſſionum licentiam euaſiſſe in magnum aliquod malum, neceſſaria legum ſeueritate auerruncandum.

Prima laus abolitae turpiſſimae illius conſuetudinis libros impenſis aliorum typis excuſos furtiuo prelo denuo ſubiiciendi debetur ſenatui Norimbergenſi, qui publicata A. cIↄIↄCXXIII. ordinatione q), Clariſſimo Puttero r) etiam laudata, promiſcuam

q) *Des Raths zu Nürnberg Ordnung vnd Artikel, wie es auf Druckereyen vnd mit Verlegung der Bücher gehalten werden ſoll p. 6.*

r) Putterus libro laudato *p. 154.*

miſcuam librorum, priuilegiis ſiue munitorum ſiue deſtitutorum, impreſſionem intra iurisdictionis ſuae fines penitus abrogauit, ac transgreſſoribus legis, praeter exemplorum furtim factorum publicationem, damnique dati reparationem, pro ſingulis plagulis multam floreni irrogavit. Atque hoc iure, a maioribus prudenter conſtituto, Norimbergenſes etiam nunc vti, et exterorum quoque dominium litterarium contra quamcumque laeſionem conſtanter tueri, cum A. cIↃIↃCCLXXIX. res ex facto incidiſſet, et bibliopolae aliquot Lipſici aduerſus bibliopegum, librorum ab homine trium litterarum in Sueuia furtim iteratorum exempla distrahentem, magiſtratus auxilium imploraſſent, vſu edoctus compertum habeo.

In Saxonia noſtra ſunt, qui dicant, iam Ioannem Georgium II. Ducem Electorem A. cIↃIↃCLXI. [s]) etiam extra priuilegii cauſſam, furtiuam librorum impreſſionem omnino ſuſtuliſſe. Quae quidem opinio, poſt duos ſcriptores anonymos [t]), Celeberrimo etiam Puttero [u]) adriſit. Non adſcribam verba, praeſertim cum a Puttero, cuius liber in



omnium

s) *Erledigung derer in Anno 1653. vnd 1657. bey gehaltenen Landeszuſammenkünften von der Landſchaft des Churfürſtenthums Sachſen übergebenen Gebrechen, publicirt den 22 Iun. A. 1661. in Iuſtitienſachen* §. 81.

t) *Vnpartheyiſche Gedanken über den Verfall der Buchhandlung* §. XXIII. p. 58. et *Vnpartheyiſches Bedenken vom Büchernachdrucke* p. 81.

u) Putterus *d. l. p.* 188.

omnium manibus verſatur, auctore Lunigio [x]) exhibeantur. Sed, ſi quid video, qui ſanctionem illam vltra libros priuilegiis munitos porrigendam eſſe cenſuerunt, humani quid paſſi eſſe videntur. Ratio enim, qua commotus legislator bibliopolis ſuccurendum putauit, quod libris intra et extra Germaniam furtiua impreſſione iteratis, librarii Saxonici de fortunis deturbentur, atque adeo haec res in reipublicae detrimentum vergat, etſi vtrique generi communis eſt: vniuerſa tamen orationis ſeries impedit, quo minus haec conſtitutio ad omne omnino librorum genus proferatur. Plane legislator loquitur de nouis priuilegiis turpi fraude impetratis, et de poena, ipſis priuilegii litteris expreſſa, turbatoribus irroganda. Vnde manifeſtum eſt, cauſſam illam, a paupertate bibliopolarum et detrimento reipublicae repetitam, minime prolatandam, ſed ad ſolam priuilegiorum ſpeciem eſſe reſtringendam.

Hoc autem ſaeculo ad finem vergente, a. d. XXVII. Febr. A. cIↃIↃCLXXXVI. Ioannes Georgius III. Princeps Elector Saxoniae conſtitutionem [y]) emiſit, qua cum alios abuſus, quibus tunc res libraria laborabat, ſuſtulit, tum in primis chalcographis ac bibliopolis, ſiue in Saxonia domicilium ſedemque fortunarum habeant, ſiue alibi conſtituti merca-

x) Lunigius *Cod. Aug. Tom. I. p.* 239.

y) *Cod. Aug. Tom. I. p.* 413. *ſeqq.*

mercatum Lipſicum frequentent, furtiua librorum, ab auctoribus bona fide ac iuſto titulo adquiſitorum, praeſertim priuilegiis Saxonicis munitorum, impreſſione interdixit. Quam quidem de promiſcua librorum impreſſione vniuerſe accipiendam, neque ad diplomatum indulgentiam coanguſtandam eſſe, poſt recentiſſimum Sereniſſimi Principis noſtri de mercatura libraria edictum, de quo deinceps dicendi locus erit, quod priorem illam ſanctionem in hanc ſententiam interpretatur, omni dubitatione caret.

Iam qua celeberrimi huius aetatis iurisconſulti de hoc genere opinione imbuti, quamue ii, qui publice de iure reſponderunt, in rebus iudicandis ſententiam ſecuti fuerint, auctoritates nolumus cumulare, cum eius rei otium nobis fecerit tum aliorum, qui in hoc argumento tractando olim verſati ſunt, tum nuper laudanda Illuſtris Putteri [z]) induſtria. Nominaſſe ſufficiat magna illa fori lumina, Ben. Carpzouium, Ahasu. Fritſchium, Andr. Beierum, et Nic. Chriſtoph. Lynkerum: quorum conſentientes de promiſcuae impreſſionis iniuſtitia ſententiae, ſubiuncto etiam illuſtris iurisconſultorum Lipſienſium ordinis reſponſo, quo, quae vulgo moventur, obiectiones adcurate diluuntur, apud Putterum lectorum oculis ſubiiciuntur.

z) Putterus *p. 126. ſeqq.*

# CAPVT III

Peruentum eſt ad ſaeculi duodeuiceſimi, quo tanta de promiſcua impreſſione, dominioque litterario domi foriſque bella mota ſunt, hiſtoriam. Ac ſaeculo quidem ineunte cum ſaluberrimae leges, de re libraria olim latae, fere omnes turpiſſime negligerentur, et inſana ſcribendo, pingendo, ſculpendo bonam aliorum famam ſugillandi libido, maxime in cauſſa religionis, vbique dominaretur: Auguſtiſſimus imperator Carolus VI. publicato A. cIↃIↃCCXV. edicto [a]) his corruptelis medelam tulit, furentique inſaniae frenum iniecit. Ceterum antiquis quidem legibus vigor redditus fuit, de promiſcua vero impreſſione, quae hoc tempore magis magisque inualuit, altum eſt in hoc edicto ſilentium.

Iam viri docti, et in primis iurisconſulti, qui hoc ſaeculo floruerunt, paſſim in ſcriptis ſuis huius rei iniuſtitiam demonſtrarunt. Quo loco non poſſum mihi temperare, quin duumuiris praeſtantiſſimis, Iuſt. Henning. Boehmero, iuris conſulto egregio, et Petr. Burmanno, litteratori celeberrimo, teſtimonium denunciem, eorumque verba recitem, praeſertim cum neque Putterus, neque alius dominii litterarii defenſor eorum

a) *Neue Sammlung der Reichsabſchiede Tom. IV. p. 336. ſeqq.*

eorum mentionem fecerit. Primum igitur audiamus Boehmerum b). *Sed nec inultum*, ait, *eorum facinus relinquendum eſſet, qui libros, etiam priuilegio deſtitutos, inuitis auctore et bibliopola, cui ius imprimendi dominus dedit, recudunt, quod a furti ſpecie haud abeſt. Intercedit inter auctorem et bibliopolam contractus de libro imprimendo, et per hunc illi tantum, non aliis, ius imprimendi datur, quippe quod ab auctoris arbitrio, antequam imprimatur, unice dependet; neque enim per publicam libri editionem id agi exiſtimandum eſt, vt promiſcua editio aliis praedae cedat, ſed vt lectio eius ſingulis pateat, quam auctor miniſterio bibliopolae, cum quo de iure imprimendi contractum iniit, omnibus communicat. Eſt quoque labor eiusmodi in commercio ſuo modo, de quo vnice auctor cum bibliopola edente paciſcitur, a quo tempore in vtriusque tantum iure conſiſtit, adeoque ſicuti is, qui, quod meum eſt, aufert, ſibi vindicat, tribuit, ad damnum reſarciendum et intereſſe praeſtandum tenetur; ita pariter eiusmodi noxius bibliopola obſtringitur, qui per iniuriam in id, quod ad auctoris et bibliopolae, cui facultas imprimendi per contractum quaeſita eſt, ius pertinet, inuolat, ſibique id tribuit, quod alteri tribuendum erat.* Hactenus Boehmerus. Burmannus vero c) ſuo more ac genio in haec verba ſcribit:

b) Boehmerus *Iur. Eccleſ. Proteſt. Lib. V. tit. 7. §. 123. Tom. IV. p. 957. ſeq.*

c) Burmanni *de editione Virgilii, a Pancratio Maſuicio prodita, admonitio, Miſc. Obſeru. Vol. VIII. Tom. I. p. 84.*

bit: *Quum circumſpicerem, cui potiſſimum bibliopolae nouae editionis curam committerem, et plures certatim operam offerrent, exoriuntur ſubito quidam, qui aere ſuo editionem Virgilii a Pancratio Maſuicio typis Halmae Anno MDCCXVII. editam poſt eius fata redemerant, et in officinis ſuis adhuc exemplaria venalia habebant. Hi contendere ex imaginario quodam et nulla lege conceſſo iure coeperunt, nulli alii typographo in his terris ius eſſe Virgilium cum notis Seruii et Pierii Valeriani recudendi, niſi ſibi ſolis. Et hinc, quum nollem cogi eorum libidini obſequi, alios deterrere inſtituerunt, vt nullo iure nec more, niſi ab ipſis inſtituto, non modo regnum, ſed quaſi tyrannidem in eruditos et eorum operas exercere velle videantur. Facile quidem largiri auidae huic lucri genti poſſum, iniuſtum et durum videri, ſi quis virorum doctorum labores et ſcripta, quae bibliopolae vel pretio ab auctoribus redemerunt, vel liberalitate et benignitate eorum edenda acceperunt, iterare, et nouis quibusdam acceſſionibus et lenociniis commendare inſtitueret: ita enim priorum editionum pretia deminui, et ſaepe praeter librariorum culpam non modicam illis iacturam praeter aequum et bonum inferri poſſe fateor. Sed importunam hanc nationem idem ſibi contendere ius eſſe natum in veterum auctorum, et centies antea typis excuſorum, inter quos Seruium eſſe negare non ſuſtinent, ſcripta nulla iuſti imagine defendi poteſt.* Recte haec Burmannus, cuius ſententia de ceteris etiam momentis mihi vehementer probatur. Poſſent ſane adhuc alii loci fugitiui, in ſcriptis magnorum virorum de hoc

genere

genere ſparſim obuii, ac minus cogniti, in medium adferri, niſi tempori et chartae eſſet parcendum. Sed id iam non agimus.

Primus autem, quod ſciam, qui peculiari opera et ex inſtituto paullo copioſius turpiſſimam iſtam libros aliorum ſumtibus impreſſos dolo malo recudendi conſuetudinem publico omnium odio exponere, et huiusmodi rei alienae inuaſores furum raptorumque loco habendos eſſe, poenaque conſtringendos demonſtrare ſtuduit, fuit Nic. Hier. Gundlingius [d]), a Thom. Fritſchio, bibliopola Lipſico ſui temporis in vniuerſa Europa celeberrimo, ad detegendam huius rei turpitudinem atque improbitatem, languentesque ciuitatum rectores ad vindictam excitandos permotus. Hic enim vir honeſtiſſimus, in iure ſuo ſaepe violatus, auxilio principum ac magiſtratuum fruſtra implorato, nihil rei librariae fructuoſius, nihil ad auertenda in poſterum damna efficacius cenſuit, quam vt promiſcuae impreſſionis dedecus omnibus ob oculos publice poneretur. In quo ſpes proſperi euentus eum vehementer fefellit. Cuius voluntati Gundlingius obſecutus recte quidem adſeruit, libros, intercedente pactione ab auctoribus adquiſitos, pleno iure cedere librariis, citra priuile-

d) *Rechtliches vnd vernunftmaeſſiges Bedenken eines ICti, der vnpartheyiſch iſt, von dem ſchaendlichen Nachdruck andern gehoeriger Bücher 1726. 8.* et *Gundlingian. P. XLV. p. 160. ſeqq.*

priuilegii neceſſitatem, nec formulis ſtanneis deſcriptos ita publici iuris fieri, vt a quolibet pro lubitu typis repeti queant, atque adeo huius dominii, a librariis rite adquiſiti, violationem furti loco eſſe habendam. Sed, prae nimia ſcribendi acerbitate, multaque bile in calamum migrante, neque iuſto ordine, neque ſatis adcurate rem omnem definiuit. Vix autem vehemens illa Gundlingiana commentatio ſuppreſſo nomine prodierat, cum paucis menſibus poſt neſcio quis Reſponſum iurisconſultorum Ienenſium, menſe Nouembri A. cIↄ Iↄ CCXXII. datum, vna cum adprobatione iurisconſultorum Gieſſenſium, Helmſtadienſium atque Erfurtenſium, eodem ac ſequenti anno adiecta, typis deſcriptum publicaret [e]). Qui quidem iurisconſulti conſentiente voce omnes tam ſcriptoribus, quam redemtoribus librorum, priuilegiis deſtitutorum, ius quoddam alios noua impreſſione excludendi competere negarunt, talibus confirmandae ſententiae rationibus vſi, vt dubitationes ab iis prolatas plus roboris habere omnes fateantur. Gundlingius igitur, nimio in fures librarios odio, ac ſcribendi feruore abreptus, cum

e) *Ienaiſches Reſponſum Iuris, ſamt voelligem Beyfall dreyer Iuriſtenfacultaeten, worinnen dargethan wird, daß denen Autoribus derer in Druck gegebenen Bücher, vnd deren Ceſſionariis, welche von hohen Obrigkeiten keine Priuilegia darüber ausgewirkt, kein Monopolium ſolches Bücherverkaufs zuſtehe, noch vor weltlichen Gerichten ein Recht zukomme, andern den Nachdruck ſolcher Bücher zu verbieten, oder wider ſelbige deſſhalben um Beſtrafung anzuſuchen. Erfurt. 1726. 8.*

cum diſputationem de hac quaeſtione parum adcurate inſtituiſſet, neque omnia momenta idoneis argumentis confirmaſſet; Ienenſes autem iurisconſulti vim earum rationum, quae contrariam ſententiam ſuadere viderentur, decidendi argumentis haud infregiſſent: interiectis aliquot annis, cum res libraria tum turpiſſimis pretii librorum ante ſoluendi fraudibus, tum grauiſſimo furtiuarum impreſſionum malo maxime laboraret, ſurrexit nouus rei librariae patronus, qui dominium litterarium indubitatis rationibus vindicauit, omnesque eius violatores non ſecus, ac fures raptoresque, coercendos eſſe probauit [f]). Quem quidem, tametſi propter magnam, qua vſus eſt, ſcribendi libertatem nomen ſuum in fronte profiteri noluerit, aequales eius detexerunt. Et iam inter omnes fere conſtat, Io. Abrah. Birnbaumio, aliis etiam ſcriptis illuſtrato, has meditationes, quibus multum haud vulgaris eruditionis ineſt, eſſe adſignandas. Quinquennio poſt Io. Rud. Thurniſius [g]), Baſileenſis, furtiuam librorum impreſſionem diſputatione academica impugnauit, primusque omnium, quibus ſpeciebus, citra fraudem et iniuriam, libri

 recudi

f) *Eines aufrichtigen Patrioten vnpartheyiſche Gedanken über einige Quellen vnd Wirkungen des Verfalls der iezigen Buchhandlung, worinnen inſonderheit die Betrügereyen der Bücherpraenumerationen entdeckt, vnd zugleich erwieſen wird, daſſ der vnbefugte Nachdruck vnpriuilegirter Bücher ein allen Rechten zuwiderlaufender Diebſtahl ſey. Schweinfurt.* 1733. 8.

g) Thurniſius *Diſſ. de recuſione librorum furtiua. Baſil.* 1738.

recudi queant, diuerſis enunciationibus adcurate definiuit. Paullo poſt ſcriptor anonymus [h]) deteſtandam alienos libros recudendi conſuetudinem magno variae et exquiſitae doctrinae adparatu, vehementi tamen, et interdum irata, et plena iuſti doloris oratione denuo adgreſſus, argumentisque ſuperiorum ſcriptorum, Thurniſio excepto, qui eum plane latuit, in vſum ſuum conuerſis, copioſe in eo verſatus eſt, vt libros alienos, tam priuilegiis munitos, quam iisdem deſtitutos, recudendi conſuetudinem turpe facinus, delictum diuinis humanisque legibus contrarium, furtumque cum ſumma infamia coniunctum eſſe probaret. In quo quidem ſcripto id in primis operam dedit, vt reſponſum ordinis iurisconſultorum in academia Ienenſi, quod vna cum reliquis tribus illud comprobantibus conſultationi ſuae integrum inſeruit, grauiſſimis argumentis confutatum, nullius plane hoc in genere ponderis eſſe perſpicue demonſtraret. Neque tamen diffiteor, nonnulla minus recte fuiſſe poſita, quorſum, exempli gratia, quae de furto vſus inuita Themide Romana disputata ſunt, referenda reor. His aliisque nubeculis

h) *Vnpartheyiſches Bedenken, worinnen aus allen natürlichen goettlich- vnd menſchlichen Ciuil- vnd Criminal-Rechten, vnd Geſetzen klar vnd deutlich ausgeführet vnd bewieſen wird, daſſ der vnbefugte Nachdruck priuilegirter vnd vnpriuilegirter Bücher ein grob- vnd ſchaendlicher, allen goettlich- vnd menſchlichen Rechten zuwiderlaufendes Verbrechen, vnd infamer Diebſtahl ſey. Colon. apud Petr. Marteau* (ſollemne plurimorum librorum furtim impreſſorum lemma) *1742. 8.*

beculis dispulſis, omnibus, qui antea in hac quaeſtione ingenii vires periclitati ſunt, longe antecellit. Quibus ſcriptis, ſuper hoc argumento hucusque editis, quamquam omnino dominium librorum ſine omni priuilegio ſatis firmatum, furtumque librarium commonſtratum fuit: nihilo tamen ſecius Illuſtris Frid. Behmerus [i]) contrariae ſententiae patrocinium ſuſcipere haud dubitauit, licet, quod diſſimulare non poſſumus, iis rationibus vſus, quae iam ſatis ſuperque erant a ſuperioribus promiſcuae impreſſionis oppugnatoribus profligatae. In qua quidem opinione, multorum annorum interuallo, cum eamdem quaeſtionem denuo tractandam ſibi ſumeret [k]), adhuc perſtitit immotus.

Interea res libraria, hac quaſi peſte ab aliquot inde ſaeculis turpiter infecta, in imperio Germanico morbo inueterato etiam in poſterum laborare, temeraria libido in impreſſione furtim facienda cuncta ſibi permittere, principes hanc rem flocci facere, librarii honeſtiores multa agere, multa moliri, et, auxilio principum ac magiſtratuum fruſtra implorato, rebus ſuis vtcumque conſulere et prouidere. Franciſcus enim imperator, promulgato A. cIↄIↄCCXLVI.

 edi-

i) Behmerus *de eo, quod iuſtum eſt circa reimpreſſionem librorum priuilegio carentium.* *Berol.* 1744.

k) Idem *Nou. Iur. Controu. obſ.* LXXV.

edicto[1]), quamquam varias rei librariae in imperio corruptelas ſeueriſſima comminatione tollendas cenſuit: quod ad repetitam tamen alienorum librorum editionem adtinet, ad ſolum priuilegiorum fauorem rem omnem reſtrinxit, adeoque quam olim iniuſti homines licentiam ſibi permiſerant alienos libros impune recudendi, eamdem, nullius poenae formidine deterriti, etiam poſtea exercebant. Circa idem tempus ac ſequentibus annis cum ingenia Germanorum, diuturno veterno tandem excuſſo, ſcriptis lingua patria ad priſcae elegantiae normam propitia Minerua editis inclaruiſſent, praeclariſſima autem optimorum ſcriptorum opera in librariorum ſuperioris inferiorisue Saxoniae poſſeſſione eſſent, quorum nonnulli, nimia Germanicae nationis legendi cupiditate commoti, libris, ſuis ſumtibus impreſſis, maius, quam par erat, pretium ſtatuebant: factum eſt, vt in hanc beatiorum poſſeſſionem multi librarii et chalcographi per Germaniam certatim et agmine quaſi facto irruerent, librosque furtim recuſos viliſſimo pretio per totum imperium Germanicum longe lateque diſſiparent. Legitimi librorum redemtores neque principes flectere, neque magiſtratus mouere, inanibus ſumtibus ſe vexare, tentatis omnibus, nihil efficere. Ac librariorum conditio hoc triſtior erat, quod, ne Caeſareis quidem priuilegiis tuti, in terris Auſtriacis, priuilegiis

1) *Neue Sammlung der Reichsabſchiede Tom. IV. Adpend. p. 114. ſeqq.*

legiis ſingularibus contra imperatoria conceſſis, maxime adfligebantur, in aliis autem Germaniae prouinciis priuilegia iam data rurſus reuocabantur, ſubiectisque librariis noua indulgebantur.

His miſeris temporibus, ac perditis moribus, bibliopolae ſuperioris et inferioris Saxoniae celebriores cum maxime conſiliis, ſtudiis, laboribus de furtiua librorum impreſſione coercenda ac penitus tollenda niterentur, ſubito exorta eſt noua fundi librarii calamitas, quae illos hominum conatus impediret, animosque a minore cura ad ſummum timorem traduceret. Ecce enim Klopſtockius, foecundiſſimum illud ingenium, et perenne Muſarum Germanicarum decus, litteris a. d. VIII. Iun. A. cIↃIↃCCLXXIII. publice propoſitis aperuit conſilium de conſtituenda communi libros ſubſcriptionis lege in poſterum edendi inter viros doctos ſocietate, qua omnino commercium librarium, quod bibliopolarum proprium ſemper fuit, id totum, quoad poſſet, et quoad liceret, eripere iis atque e manibus extorquere fuit conatus. Neque vero hoc Klopſtockii propoſitum plane nouum fuit, neque orbi litterato antea auditum. Diu enim ante eum Leibnitius, magnum illud Germaniae lumen, cui Lipſia oriundo paucis abhinc annis parum abfuit, quin monimentum poneretur, in eam cogitationem venerat, *an non poſſet iniri ſocietas ſubſcriptoria inter eruditos Germaniae in*

*primis*

*primis, quae ab auiditate bibliopolarum eos vindicaret, qui non edunt, quae merentur, ſed quae ipſis plerumque ignaris placent, aut quae vili pretio, vel nullo extorquere poſſunt auctoribus: poſſet ſocietas iniri ea lege, vt ſocii libris emendis ſubſcriberent, ſi non omnibus, certe plerisque ſuae, aut pro arbitrio electae, vnius alteriusue facultatis, vel ſaltem materiae, quicumque a concilio ſocietatis fuiſſent adprobati.* In haec verba a. d. XV. Octobr. A. cIↄIↄCCXV. ſcripſit ad Seb. Kortholtum, profeſſorem Kilonienſem [m]), eumque, vt hac de re, quam putauit bibliopolas tandem in ordinem eſſe redacturam, cogitaret, mentemque ſuam ſibi ſignificaret, rogauit. De cuius negotii rite conficiendi multis difficultatibus, praecipue magna nationis librariae potentia, cum eum Kortholtus litteris reſponſoriis monuiſſet, a. d. XIX. Nouembr. eiusdem anni ad eumdem ita reſcripſit [n]): *De ſocietate ſubſcriptoria conſilium tuum expetere inter ſcribendum in mentem venit, ipſe de ea ſerio cogitare non auſim. Neque vllum ibi praeſidium adfectarem, ſed malim ariſtocratiae locum eſſe. Non deſunt Germaniae, qui haec pulchre agant, etiam poſt diſceſſum meum. Et mihi ſatis his vacare ne fas eſt quidem.* Sed hoc ſummi viri conſilium mors, quae breui poſt rebus humanis eum eripuit, irritum fecit. Quod vero ille ob bellum a librariorum ordine metuendum cum

m) Gottfr. Guil. Leibnitius *Epiſtolarum ad Diuerſos, cum adnotationibus Chriſt. Kortholti Vol. I. Lipſ. 1734. 8. epiſt. CCI. §. 10.*

n) Idem *epiſt. CCII. §. 1.*

cum Eccardo, familiari ſuo, atque Kortholto, ſibi amiciſſimo, dumtaxat communicatum huiuscemodi ſocietatis ineundae conſilium, dum maturitatem duceret, maxime celandum et occultandum duxit, illud intrepide publicis litteris Klopſtockius indixit, permultos praeter ſuam ipſius exſpectationem non ſolum in Germania, ſed apud exteros quoque ſuffragatores adiutoresque, quorum indicem dedit copioſiſſimum, conſecutus [o]). Litteris illis a Klopſtockio vix publicatis, ecce librarii, quaſi praeſens tabernis ſuis ruina, et ſempiterna commerciis librariis pernicies immineret, adiumenta ſalutis quaerere. Ad depellendam autem ab vniverſo ordine iniuriam ſtilum vindicem expediuit bibliopola quidam ex noſtratibus [p]), neque ſolum adverſus Klopſtockium eiusque ſectatores cauſſam librariorum acriter perorauit, ſed ſimul etiam exlegem furtivae impreſſionis tam ſuscipiendae, quam adiuuandae ac promouendae licentiam, et damna inde ad librarios non minus, quam ad ipſos viros eruditos emergentia grauiter depinxit. Quod ad priorem huius ſcriptiunculae partem adtinet, breui poſt vir doctus, qui nomen ſuum reticuit [q]), de

o) Klopſtockius *in der deutſchen Gelehrtenrepublik Hamb.* 1774. 8. *Nachricht von der Subſcription p.* 3. *ſeqq.*

p) *Zufaellige Gedanken eines Buchhaendlers über Herrn Klopſtocks Anzeige einer gelehrten Republik.* 1773. 8.

q) *Der Bücherverlag in Betrachtung der Schriftſteller, der Buchhaendler und des Publikums erwogen. Hamb.* 1773. 8.

de mercaturae librariae neceſſitate et vtilitate auctoris ſententiam adſenſu probauit ſuo: de poſteriore autem, in alia omnia diſceſſit, librosque impenſis aliorum editos denuo imprimendi libertatem non ſolum ab iniuſtitiae turpitudinisque crimine liberare, ſed etiam ab inſignis vtilitatis fructu ſpecioſiſſimis argumentis commendare adlaborauit. Quae quidem res acre illius ingenium rurſus excitauit ad proprietatem litterariam ſcriptoribus, ab illisque ius nactis librariis vindicandam, et in primis decantatum illud argumentum a ſimilitudine aliarum mercium fabricandarum, ad rem librariam adcommodata, depromtum grauiſſimarum rationum pondere infringendum [r]. Enimuero vtut veritati litauit, tantum tamen abfuit, vt quidquam ad infelix lolium auerruncandum efficeret, vt crabrones irritaret. Et ſane res libraria adflictiſſima nunc iacuit, magna furtiuarum impreſſionum mole, non ſine Germanici nominis dedecore, oppreſſa, tota prudentum natione diſcordibus de promiſcua impreſſione ſententiis distracta, mercatura libraria a protectoribus nuda, neque vlla principum legislatione munita.

In hac tanta rerum perturbatione et confuſione, cum de commerciorum librariorum ſecuritate in imperio Germanico

r) *Der Bücherverlag in allen Abſiebten genauer beſtimmt. An den Herrn Verfaſſer des Bücherverlags in Betrachtung der Schriftſteller, der Buchhaendler vnd des Publikums erwogen. 1773. 8.*

nico fere actum eſſe videretur, rebus tandem deſperatis auxilium adtulit Sereniſſimus Dux Elector Saxoniae, Fridericus Auguſtus, promulgata vergente anno cIↄIↄccLxxIII. de mercatura libraria conſtitutione, a Puttero [s]) libro ſuo inſerta, qua intra ditionum ſuarum fines, et in primis in mercatu librario Lipſico, improborum audacias ac libidines aliqua ex parte reſecuit. Cuius argumentum ſuperuacaneum eſſet hoc loco pluribus enarrare, propterea quia eius rei otium nobis fecit amiciſſimi Kuſtneri [t]) diligentia. Id vnum notaſſe ſufficiat, ad faciliorem dominii litterarii, ab auctoribus rite adquiſiti, probationem cautum fuiſſe, vt libri priuilegiis deſtituti in tabulas publicas referrentur, atque hac inſcriptione vim priuilegiorum poteſtatemque nanciſcerentur.

Iam hilarioris famae librarii cum ſatis cognitum haberent, quanta apud ſummos Germaniae principes Putteriani nominis ſuo merito ſit exiſtimatio, ad eum praecipue ſeſe contulerunt, virumque, qui tot annos ingenium, laborem, fidem ſuam Germaniae proceribus ſcribendo, cauendo, reſpondendo et publicis et priuatis in negotiis promtam expoſitamque praebuit, precibus perpulerunt, vt rem librariam, tanto furtiuae impreſſionis malo ſine vlla ſpe ſalutis in Germania tam diu vexatam, noua commentatione iuuaret, ſummam-



s) Putterus *p. 190. ſeqq.*

t) Kuſtnerus Diſſ. laud. *ſect. II. §. 14.*

mamque iſtius rei iniuſtitiam principibus eorumque amicis ob oculos poneret. Qui quidem, cum ita iuſtus et bonus vir ſit, vt natura, non diſciplina conſultus eſſe videatur, facile ſe exorari paſſus, et doctrinae ſuae praeſidiis inſtructus, et interiore rei librariae per Germaniam notitia ex penetralibus librariorum adiutus, vniuerſum huius rei ambitum ita emenſus eſt, vt omnes omnium ſuperiorum conatus longe ſuperaret, et, quidquid huius argumenti eſt, plene exhauret [v]). Vniuerſa autem Putteriana commentatio duabus partibus abſoluitur: quarum altera de natura et conſtitutione huius rei vniuerſe disputauit, altera de indole commercii librarii per Germaniam ſigillatim expoſuit, atque oſtendit, promiſcuam impreſſionem Germanis plus, quam exteris detrimenti adferre, atque adeo exſtirpationem eius in Germania eo magis eſſe neceſſariam. Quae vero hoc libro fuſius dicta continentur, paullo poſt neſcio quis, breuius contracta, ad exterorum vſus in linguam Francicam transtulit [x]), quam epitomen et ipſe Illuſtris auctor, non ſine noua acceſſione, lingua vernacula denuo edidit [y]). Quod vero ad priuilegia ſuper impreſſione librorum tam a Caeſare, quam ab imperii

v) *Der Büchernachdruck nach aechten Grundſaetzen des Rechts geprüft von Iohann Stephan Pütter. Gotting. 1774. 4.*

x) *La propriété littéraire defendue ou Memoire abrégé dans lequel on examine jusqu' à quel point la contrefaçon peut être legitime? Gotting. 1774. 8.*

y) Putterus *in den Beytraegen zum teutſchen Staats- vnd Fürſtenrechte* Tom. I. N. XVI. p. 241—292.

rii ordinibus conceſſa adtinet, ea paullo altius, quam Putterus fecerat, repetiit, huiusque meſſis ſpicilegium inſtituit Gottfr. Dan. Hofmannus. Quae quidem antiquiſſima priuilegia, ab vtroque detecta, ſecundum ſeriem annorum in indicem redegit Io. Beckmannus [z]), licet ipſe nihil noui adiecerit.

# CAPVT IV

Hac ipſa tempeſtate cum in Germania ſummae de promiſcua librorum impreſſione contentiones bibliopolarum animos exacerbarent, inter Britannos quoque grauiſſimae ſuper eodem genere controuerſiae agitabantur, poſt varia variarum litium euenta ad proceres ſuperioris conſeſſus prouocatione tandem perductae, et in fraudem perpetui iuris alios impreſſione prohibendi deciſae. Iam anno regni Annae octauo in comitiis ordinum Weſtmonaſterii habitis ad praecauenda in poſterum promiſcuae impreſſionis mala, excitandaque doctorum hominum libros bonae frugis ſcribendi ſtudia decreto certus annorum numerus definitus fuit, intra quem et librorum auctores, et, adquiſito ab illis eorum imprimen-



z) Beckmannus *in den Beytraegen zur Geſchichte der Erfindungen* P. I. N. *9. p. 85—94.*

primendorum vendendorumue iure, chalcographi pariter ac bibliopolae aduerſus editiones ab aliis repetendas tuti praeſtabantur. Quod decretum, quoniam ad faciem rei librariae in Britannia rectius cognoſcendam adprime conducit, et vniuerſae huic de proprietate litteraria diſceptationi ante hos decem annos in conſeſſu procerum normam dedit, neque popularibus noſtris ſatis notum eſt, impetrato nuper ex Anglia illius exemplo[a]), hoc loco ſtrictim enucleare iuvat. Ac primum quod ad libros typis iam deſcriptos adtinet, auctoribus, vel, ceſſo ab illis iure, bibliopolis, chalcographis, vel quibuscumque aliis plenum ius excludendi intra vnum et viginti annos a die decimo Aprilis A. cIↄIↄccx. nec longius fuit conceſſum. Quod quidem temporis ſpatium, vt hoc obiter obſeruemus, etiam in cauſſis grauioribus Angliae ordines olim ſanxiſſe conſtat. Sic, teſte Guil. Camdeno[b]), regnante Eliſabetha A. cIↄIↄLIX. in conuentu ordinum de praeſulum poſſeſſionibus decretum fuit, *ne illi eccleſiae fundos, niſi ad XXI annorum, aut trium, vt vocant, vitarum terminum, aliis quam reginae et ſucceſſoribus darent, concederent aut locarent, priſtinis reditibus reſeruatis.* Quod vero ad libros nondum impreſſos publicatosue ſpectat, quatuordecim annorum ſpatium contra promiſcuae impreſſionis licen-

a) *Acta Comitialia anno regni Annae, Reginae Magnae Britanniae, Franciae, et Hiberniae, octauo, Lond. 1710. fol. p. 261. ſeqq.* Infra Auctar. N. I.

b) Camdenus *Annal. Rer. Anglic. et Hibern. regnante Eliſabetha, P. I. p. 23. edit. Amſtel. 1677. 8.*

licentiam determinatum fuit, propoſita transgreſſoribus, praeter exemplorum furtim factorum iacturam, numi ſenarii pro ſingulis plagulis multa, partim fiſco regio inferenda, partim cuilibet, qui eo nomine ſupplicauerit, adſignanda. Quo tempore praeterlapſo cautum eſt, vt ius imprimendi libros, et pro lubitu de iis disponendi ad ipſos auctores, eo tempore adhuc ſuperſtites, excluſis aliis, ad nouum quatuordecim annorum terminum rediret. Iam porro ad ſecuritatem huius dominii litterarii eo firmius ſtabiliendam, ne quis ignorantia ſeſe excuſaret, placuit, vt tituli librorum, antequam publicati fuerint, in tabulas publicas ſocietatis librariorum ſollemni more referrentur, quas in aula eiusdem adſeruatas eo nomine cuilibet omni tempore inſpiciendi poteſtas daretur, et ſcriba dictae ſocietatis, quotiescumque poſtulatum fuerit, huiusmodi conſignationem ſyngrapha ſua manu ſubſcripta teſtaretur. Qui quidem ſi neglecti vel in conſignatione facienda vel in ſyngrapha danda officii rite accuſatus fuerit atque conuictus: ſtatutum eſt, vt viginti libras pro qualibet culpa librorum dominis ſolueret, nec minus illi ac ſi vel conſignatio facta, vel ſyngrapha data fuerit, eodem proprietatis iure fruerentur. Proprietate litteraria publico ordinum decreto ſic ſatis munita ne librarii vel chalcographi abuſi aequo carius libros vendere ſuſtineant, ſapienter amplius proſpectum fuit, vt quilibet e populo eo nomine conqueri poſſet, cauſſaque ab iis, quibus haec cura demandata

eſt

eſt, cognita, ſalubriora librorum pretia ex aequo et bono conſtituerentur. Ii autem, quibus ordinum auctoritate publica rei librariae tutela commiſſa eſt, in Anglia quidem ſunt archiepiſcopus Cantuarienſis, regni cancellarius, vel magni ſigilli cuſtos, epiſcopus Londinenſis, praeſes regii tribunalis, quem ſummum Angliae iuſtitiarium ſcriptores Anglicani vulgo adpellant, praeſes communium placitorum curiae, Anglis primarius ad communia placita iuſtitiarius dictus, praeſes iudicii, quod de cauſſis fiſci cognoſcit, qui primarius ſcaccarii baro apud Anglos vocatur, nec non procancellarii vtriusque litterarum vniuerſitatis; in Scotia vero praeſes curiae, in qua cauſſae ciuiles iudicantur, quae ſeſſionis nomine Scotis celebratur, quam, vt auctor eſt Thom. Cragius c) Iacobus V. Scotiae rex perpetuam inſtituit, praeſes iudicii criminalis, quem iuſtitiarium generalem iidem dicere ſolent, praeſes tribunalis, quo cauſſae fiſci tractantur, ſeu, qui dicitur, primarius ſcaccarii baro, collegiique Edinburgenſis rector: qui omnes ac ſinguli controuerſiarum librariarum iudices ſunt diſceptatoresque conſtituti. Pretio igitur librorum imminuto, eiusque notitia in litteris publicis facta, ſi nihilo ſecius librarii vel chalcographi cariore pretio eos vendiderint, multa quinque librarum pro quolibat libro carius, quam oportuit, vendito, partim fiſco regio, partim cuilibet, qui

c) Cragius *Lib. I. Iur. Feud. c. 2. §. 14. edit. opera et ſtudio Iac. Baillie Edinb. 1732. fol.*

qui eo nomine ſupplicauerit, addicenda coercentor. Praeterea cautum eſt, vt nouem cuiusque libri exempla in vſum bibliothecarum publicarum in Anglia Scotiaque a librariis atque chalcographis ſub comminatione multae quinque librarum, praeter exemplorum pretium, exhiberentur. Quidquid vero hoc decreto prouiſum eſt, neque ad libros graeca, latina, vel alia peregrina lingua extra Britanniae fines excuſos, neque ad eos, quorum imprimendorum iure litterarum vniuerſitates gaudent, extendi debet. Denique ſancitum eſt, vt omnes actiones atque querelae aduerſus huius legis violatores tribus menſibus poſt culpam contractam praeſcriberentur. Ex his omnibus ſatis elucet, nihil omnino fuiſſe praetermiſſum, quod ſiue ad ſecuritatem dominii litterarii vel auctoribus, vel iis, qui iure ab his ceſſo vtuntur, intra praefinitum temporis ſpatium praeſtandam, ſiue ad lucrum paullo iniquius praeſcindendum, ſiue denique ad nimias litium ambages vitandas ſpectaret. Quae tanta circumſpectione, tamque prouida cura a ſummis regni Britannici ordinibus ſancita aliis rebuspublicis, in quibus res libraria ingenti malorum mole ad huc preſſa velut ingemiſcit, iam dudum illuſtri exemplo eſſe poterant, quod cum inſigni litterarum et commercii librarii emolumento imitarentur.

Quae quidem Britannica ſanctio quamquam dominium litterarium temporis ex arbitrio definiti ſpatio terminauit:

nihilo tamen minus cancellaria, ſeu ſummum illud Angliae tribunal, in quo cancellarius omnibus, qui iuris communis rigore ſe laeſos queruntur, aequitate motus ſuccurrit, vt explicat Io. Cowellus[d]), clariſſimus quondam in academia Cantabrigienſi anteceſſor, in cauſſis obuenientibus, lata pro perpetuitate huius generis ſententia, ab illa ſaepe receſſit. Orta igitur ſuper celeberrimo Iac. Thomſoni poemate, quo anni tempora deſcripſit, inter legitimum libri redemtorem eumque, qui nouam in illius fraudem editionem fecerat, lite, ſummum etiam tribunal, quod banci regii nomine apud Anglos venit, adgnito perpetuo, neque vllis limitibus circumſcripto librorum dominio, menſe Aprili A. cIↄIↄccLXIX. ſecundum actorem litem dedit: quae ſententia, prouocatione non ſecuta, nacta eſt rei iudicatae vires. Commentarios de hoc iudicio, disputationibus patronorum in vtramque partem, iudicumque ſententiis memoratis, paucis annis poſt publicauit Iac. Burrouius[e]). Longe aliter non multo poſt res cecidit in Scotia. Librario enim Londinenſi de iure ſuo violato aduerſus Scotos in curia ſeſſionis vulgo ſic dicta actionem intendente, omnes, qui hac in cauſſa iudices ſederunt, vno dumtaxat contradicente, reprobato dominio litterario, reos abſoluendos eſſe cenſuerunt: quorum defenſor Iac.

d) Cowellus *Ind. obſcur. Iur. Anglic. dict.* in calce *Inſtit. Iur. Anglic.* *Oxon.* 1676. 8.

e) *The Queſtion concerning litterary property determined by the Court of King's bench. Lond.* 1773. 4.

Iac. Boſwellus [f]) totam rem, vti acta eſt, relatis omnium iudicum ſententiis, typis exprimendam curauit. Mota deinceps noua ſuper Thomſoni poematibus lite coram cancellaria, eaque pro dominio litterario deciſa, interpoſita prouocatione ad proceres regni, qui ſunt in ſuperiore conſeſſu, haec controuerſia tandem fuit deducta. Vbi in magna ſententiarum varietate ac diſſenſione Februario menſe A. cIɔIɔCCLXXIV. ea victrix obtinuit, qua ex conſtitutione regnante Anna facta dominium litterarium certis finibus terminaretur. Totius litis hiſtoriam, diuerſasque procerum opiniones diligenter expoſuit iurisconſultorum collegii, quod Londini eſt, ſodalis [g]). Haec ordinum e ſuperiore conſeſſu ſententia, qua ad normam ſanctionis auſpiciis reginae Annae factae dominium litterarium ad certum annorum numerum coanguſtatum fuit, nonnullis occaſionem hoc argumentum adcuratius pertractandi ſuppeditauit. Ac primum praeſtantis ingenii apud Anglos femina, Catharina Macaulaia [h]), aliis ſcriptis celebritatem nominis iam conſecuta, perpetuum librorum dominium tam auctoribus, quam, facta ceſſione, librariis ſola ratione duce adſerere, adflictamque eo repu-



f) *The Deciſion of the Court of Seſſion upon the quaeſtion of litterary property, publiſhed by I. Boſwell. Edinb. 1774. 4.*

g) *The caſes of the appellants and reſpondents in the cauſe of litterary property, before the houſe of Lords, wherein the decree of Lord Chancellor Apsley was reverſed, by a Gentleman of the Inner Temple. Lond. 1774. 4.*

h) *A modeſt Plea for the property of copy right, by Catharine Macaulay. Lond. 1774. 4.*

diato rei librariae cauſſam proceribus commendare ſtuduit. Quae vero ab illa pro perpetui dominii litterarii vindiciis nimis molliter ſunt ac querula voce dicta, ea eodem anno graviſſimis ac firmiſſimis argumentis fortiter ac ſtrenue propugnarunt duumuiri iuris conſultiſſimi, Guil. Enfeldus i), et Franc. Hargrauius k). Quorum alter euidentiſſimis iuris naturalis rationibus, Pufendorfio ſemel iterumque ad partes vocato, promiſcuae impreſſionis impunitatem impugnauit: alter vero diuini humanique iuris coniunctione potiſſimum argumenta contra dominium litterarium, quod nulla temporis circumſcriptio metitur, a proceribus in ſuperiore conſeſſu ad oſtentationem ingenii magis, quam ad veritatem adlata tanto iudicii acumine, tantaque demonſtrationis vi ac perſpicuitate, adhibita tamen moderatione dicendi, redarguit, vt, cum eum legerem, moleſte ferrem, tantos viros, tam illuſtri et excelſo loco conſtitutos, in tam leues, ne dicam in tam ineptas, ſententias incidiſſe. Poſt has commentationes an quidquam de hoc argumento in Britannia lucem viderit, ab illis oris nimis remoti haud compertum habemus. Ipſa autem res libraria in priſtino ſtatu permanſit. Neque igitur ad conſeruandum librorum dominium intra quatuordecim ab editione, vel, viuis adhuc auctoribus, duodetrigin-

 ta

i) *Obſervations on litterary property, by W. Enfield. Lond. 1774. 4.*

k) *An argument in defence of litterary property, by Francis Hargrave. Lond. 1774. 8.*

ta annos priuilegio opus eſt: his autem elapſis, eos prelo ſubiicere cuique impune licet.

Cum autem perpetua librorum auctoritas vel ſcriptoribus, vel, iure ab iis ceſſo, librariis a ſupremo Britanniae ſenatu, ſeruata legis voluntariae auctoritate, fuit abiudicata: tum, interiectis aliquot annis, iure veteri adeo abrogato, neque in Francogallia laetiore fortuna vtrosque vſos eſſe, edicta regia, a. d. XXX. Aug. A. cIↃIↃCCLXXVII. promulgata, abunde teſtantur. Etenim lite inter librarios Pariſienſes atque prouinciales ſuper dominio litterario orta, multisque e prouinciis veterum legum auctoritate condemnatis, furtiuarum impreſſionum rei non prius quieuerunt, quam repetitis precibus, et ſupplicibus libellis crebro oblatis regem tandem obtunderent, vt rei librariae Gallicanae nouam plane formam daret, qua et auctorum iura in monimentis ingenii valde imminuta ſunt, et librariorum commoda nimium quantum labefactata. In illis vero ſex conſtitutionibus, de re libraria in regno Francico ordinanda dicto anno emiſſis, faſtisque rei librariae in calce adiectis [l]), in primis duae ſunt huius loci, altera de duratione priuilegiorum, altera de promiſcua impreſſione [m]). Iam primum vi prioris conſtitutionis librariis vel chalcographis interdictum eſt librorum impreſſio-



l) *Almanach de la Libraire Pariſ.* 1781. 12. p. 167. ſeqq.

m) Auctarium *N. II.* et *III.*

preſſione, niſi prius impetrauerint priuilegium, regio ſigillo munitum. Elapſo, quod priuilegio definitum eſt, tempore, niſi liber quarta parte auctior proditurus ſit, eius prorogationem petere prohibentur: ea autem conceſſa, redemtor libri tamen impedire nequit, quo minus alii veterem editionem ſiue nouis acceſſionibus repetendi plena libertate fruantur. Priuilegiorum impreſſoriorum breuiſſimum tempus in poſterum ſit decennium. Priuilegium autem conſecuti non ſolum intra tempus, diplomate expreſſum, ſed etiam quam diu auctores ſuperſtites fuerint, eo fruantur. De auctoribus porro ſancitum eſt, vt, ſi quis ſuper libro, a ſe conſcripto, ſuo nomine priuilegium impetrauerit, eius in aedibus ſuis vendendi poteſtatem habeat, ſine omni tamen iure mercaturam librariam promiſcue faciendi, eiusque priuilegii indulgentia ipſe libri auctor eiusue heredes perpetuo fruantur. Ceſſione autem bibliopolae facta, valor priuilegii ad auctoris vitam fuit reſtrictus. Iam tempore priuilegii praeterlapſo, et auctore vita defuncto, omnes librarii et chalcographi facultatem impetrare poſſunt nouae editionis parandae, qua vni licet alterive indulta, ceteri tamen ab eadem petenda haud arcentur. Atque haec quidem de iure libros in poſterum imprimendi. Quod vero ad libros iam antea editos adtinet, ſancitum eſt, vt, qui priuilegia, eorumue prorogationem ante hanc conſtitutionem impetrauerint, librarii et chalcographi Pariſienſes intra duos, prouinciales intra tres menſes iura ſua, ſcriptis

expo-

expoſita, Camo Neuillio, libellorum magiſtro, et ad rem librariam a rege delegato, tradant, vt, relatione ab eo facta, a cancellario vel ſigilli cuſtode, ſi indultum fuerit, vltimum, quod ius quaeſitum definiat, priuilegium conſequantur. Quo duorum triumue menſium ſpatio elapſo, qui iura ſua docere neglexerint, nullam amplius priuilegiorum prorogationem impetrare poſſunt. Ceterum priuilegia librorum ſacrorum, quae prouinciis eccleſiaſticis competunt, huiusque generis alia hac ſanctione non comprehenduntur. Ex his, quae hactenus perſecuti ſumus, nouae legis capitibus, quorum nonnulla recentiſſimo edicto, a. d. XXX. Iul. A. cIɔIɔccLXXVIII. promulgato n), explicantur et confirmantur, ſatis elucet, nullum omnino dominium litterarium ſiue auctoribus ſiue librariis et chalcographis ſine indulgentia regia fuiſſe relictum. Atque his fundamentis nititur altera de furtiua impreſſione conſtitutio, quam, cum temporis anguſtia excluſi, et operis finem huius exercitationis valde vrgentibus, orationis filum in praeſentia abrumpere cogamur, alio tempore paullo vberius enarrabimus. Cuius argumentum interim lectores exemplum infra deſcriptum docebit. Digna eſt omnino Francica de toto hoc genere legislatio, quae adcuratius ac diligentius explicetur, et in clara luce

n) Auctarium *N. IV.*

luce collocetur. Quod alio tempore, largam dicendi materiam ſuppeditante libello praeſtantiſſimo, quem non ita pridem e Francia accepimus [o]), nos praeſtituros eſſe recipimus.

His nouis edictis procliue eſt intelligere, quantos inter librarios Pariſienſes ius de re libraria mero opinionis arbitrio conſtitutum, ſublata omni extra priuilegii cauſſam proprietate litteraria, motus excitauerit. Ac primum de fortunis tam inſigniter periclitantes librarii de iniuria ſibi illata ſingulari libello conqueſti ſunt [p]). Prodierunt et aliae ſcriptiunculae, quibus hinc iura librariorum contra ſanctiones regias propugnata ſunt, inde regiae auctoritatis vindiciae inſtitutae. Regias conſtitutiones prae ceteris impugnauit, dominiumque litterarium nullis priuilegiorum limitibus circumſcribendum adſeruit vir doctus, qui tamen, vt ſcriptionis inuidiam amoliretur, latere voluit [q]). Qui quidem duos aduerſarios [r]) nactus, quorum ſcripta oculis vſurpare mihi nondum licuit, vtrum-

o) *Procès-Verbal de ce qui s'eſt paſſé au Parlement, touchant les ſix Arrêts du Conſeil du 30 Août 1777. concernant la Librairie, avec les comptes rendus à leur ſujet.* 4.

p) *Requête ou Roi, préſentée par les libraires de Paris,* 1777. 4.

q) *Lettre a un ami, ſur les Arrêts du 30 Août 1777. concernant la Librairie et l' Imprimerie, du 15 Novembr.* 1777. 8.

r) *Diſcours impartial d'un homme de lettres*, et *Lettre à un Magiſtrat.*

vtrumque, edita anni ſequentis initio altera [s]) ac tertia [t]) epiſtola, ſolidis argumentis confutauit, rationes prius prolatas vberius confirmauit, et damna ex noua legislatione in ſcriptores pariter ac librarios redundantia demonſtrauit. Nihil vero praeſtantius contra hanc legislationem Francicam, et omnino de toto hoc argumento, quod tot virorum doctrina praeſtantium ingenia dam diu exercuit, vidit respublica litteraria meditationibus acutiſſimi Lingueti [v]), et diſertiſſime et liberrime more eius ſcriptis. Quibus quidem veram naturam et indolem dominii litterarii, vim ac durationem priuilegiorum impreſſoriorum, praeiudicatam monopolii in mercatura libraria opinionem, et iniuſtam promiſcuae impreſſionis licentiam tanta ſermonis facundia, tantaque argumentationis grauitate deſcripſit, vt, quod in hac quaeſtione primum eſt, eſſe dominium litterarium, quod auctoribus ſine omni priuilegio competat, et ab his transferri ad librarios poſſit, qui eo, excluſis aliis, ſine monopolii exprobratione perpetuo vtantur, mihi quidem eum legenti, et enunciationes ſingulas, detracta orationis elegantia, ponderan-

s) *Seconde Lettre à un ami, ſur les Affaires actuelles de la Librairie, du* 21 *Ian.* 1778.

t) *Troiſieme Lettre à un ami, concernant les Affaires de la Librairie, du* 6 *Fevrier* 1778.

v) Linguetus *dans les Annales politiques civiles et litteraires du dix-huitieme ſiècle* Tom. III. p. 9. *ſeqq. edit. Hag.* 1777. 8.

deranti, quidquid ſuperfuit ſcrupuli, prorſus eximeret: Quae cum ita comparata ſint, vt non ſolum rei librariae in regno Francico, ſed omnibus omnino rebuspublicis, et in primis imperio Germanico adcommodari poſſint: operae ſane pretium fecit is, cuius ſupra, omiſſo licet nomine, quod ipſe celare modeſte voluit, honorificam mentionem fecimus, bibliopola noſtras, quod, adſperſis quibusdam obſervationibus, has meditationes in linguam vernaculam translatas ſeparatim excudi curauit [x]). Atque haec quidem hactenus.

x) *Des Herrn Linguets Betrachtungen über die Rechte des Schriftſtellers vnd ſeines Verlegers, aus dem Franzoeſiſchen mit einigen Anmerkungen 1778. 8.*

AVCTA-

# AVCTARIVM
## LEGVM EXTERNARVM

I

## ANNO OCTAVO
## ANNAE REGINAE

*An Act for the Encouragement of Learning, by Veſting the Copies of Printed Books in the Authors or Purchaſers of ſuch Copies during the Times therein mentioned.*

Whereas Printers, Bookſellers, and other Perſons have of late frequently taken the Liberty of Printing, Reprinting and Publiſhing, or cauſing to be Printed, Reprinted, and Publiſhed Books, and other Writings, without the Conſent of the Authors or Proprietors of ſuch Books and Writings, to their very great Detriment, and too often to the Ruin of them and their Families: for Preventing therefore ſuch Practices for the future and for the Encouragement of Learned Men to Compoſe and Write uſeful Books; May it pleaſe Your Majeſty, that it may be Enacted, and be it Enacted, by the Queens moſt excellent Majeſty, by and with the Advice and Conſent of the Lords Spiritual and Temporal and Commons in this preſent Parliament Aſſembled, and by the Authority of the ſame, That from and after the Tenth Day of April, One thouſand ſeven hundred and ten, the Author of any Book, or Books already



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-207697-p0053-7

printed, who hath not Transferred to any other, the Copy or Copies of ſuch Book or Books, Share or Shares thereof, or the Bookſeller or Bookſellers, Printer or Printers, or other Perſon or Perſons, who hath, or have Purchaſed or Acquired the Copy or Copies of any Book or Books, in order to Print or Reprint the ſame, ſhall have the ſole Right and Liberty of Printing ſuch Book and Books for the Term of one and twenty Years, to Commence from the ſaid Tenth Day of April, and no longer; and that the Author of any Book or Books already Compoſed and not Printed and Publiſhed, or that ſhall hereafter be Compoſed, and his Aſſignee, or Aſſigns, ſhall have the ſole Liberty of Printing and Reprinting ſuch Book and Books for the Term of Fourteen Years, to Commence from the Day of the Firſt Publiſhing the ſame and no longer; And that if any other Bookſeller, Printer, or other Perſon whatſoever, from and after the Tenth Day of April One thouſand ſeven hundred and ten, within the Time Granted and Limited by this Act, as aforeſaid, ſhall Print, Reprint, or Import, or cauſe to be Printed, Reprinted, or Imported any ſuch Book or Books, without the Conſent of the Proprietor or Proprietors thereof firſt had and obtained in Writing, Signed in the Preſence of Two or more Credible Witneſſes, or Knowing the ſame to be ſo Printed or Reprinted, without the Conſent of the Proprietors, ſhall Sell, Publiſh, or Expoſe to Sale, or Cauſe to be Sold, Publiſhed, or Expoſed to Sale, any ſuch Book or Books, without ſuch Conſent firſt had and obtained, as aforeſaid, Then ſuch Offender or Offenders ſhall Forfeit ſuch Book or Books and all and every Sheet or Sheets, beeing part of ſuch Book or Books, to the Proprietor or Proprietors of the Copy thereof, who ſhall forthwith Damaſk and make Waste Paper of them: And further, that every ſuch Offender or Offenders ſhall foreſeit One Peny for every

every Sheet, which ſhall be found in his, her, or their Cuſtody, either Printed or Printing Publiſhed or Expoſed to Sale, contrary to the true intent and meaning, of this Act, the One Moiety thereof to the Queens moſt excellent Majeſty, Her Heirs and Succesſors, and the other Moiety thereof to any Perſon or Perſons that ſhall Sue for the ſame to be Recovered in any of Her Majeſties Courts of Record at Weſtminſter, by Action of Debt, Bill, Plaint, or Information in which no Wager of Law, Eſſoign, Privilege or more than one Imparlance, ſhall be allowed.

And whereas many Perſons may through Ignorance Offend againſt this Act, unleſs ſome Proviſion be made whereby the Property in every ſuch Book, as is intended by this Act, to be ſecured to the Proprietor or Proprietors thereof, may be aſcertained, as likewiſe the Conſent of ſuch Proprietor or Proprietors for the Printing or Reprinting of ſuch Book or Books may from time to time be Known; Be it therefore further Enacted by the Authority aforeſaid, That nothing in this Act contained ſhall be conſtrued to extend to ſubject any Bookſeller, Printer, or other Perſon whatſoever, to the Forfeitures or Penalties therein mentioned, for or by reaſon of the Printing or Reprinting of any Book or Books without ſuch Conſent as aforeſaid, unleſs the Title to the Copy of ſuch Book or Books hereafter publiſhed ſhall before ſuch Publication be Entred in the Regiſter-Book of the Company of Stationers, in ſuch manner as hath been uſual, wich Regiſter-Book ſhall at all times be kept at the Hall of the ſaid Company, and unleſs ſuch Conſent of the Proprietor or Proprietors be in like manner entred, as aforeſait, for every of which ſeveral Entries, Six Pence ſhall be Paid, and no more; which ſaid Regiſter-Book may, at all Seaſonable and Convenient times be Reſorted to, and Inſpected by any Book-

 ſeller,

ſeller, Printer, or other Perſon, for the Purpoſes before mentioned without any Fee or Reward; and the Clerk of the ſaid Company of Stationers, ſhall, when and as often as thereunto required, give a Certificate under his Hand of ſuch Entry or Entries, and for every ſuch Certificate, may take a Fee not exceeding Six Pence.

Provided nevertheleſs, That if the Clerk of the ſaid Company of Stationers, for the time being, ſhall Refuſe or Neglect to Regiſter, or make ſuch Entry or Entries, or to give ſuch Certificate being thereunto Required by the Author or Proprietor of ſuch Copy or Copies, in the Preſence of Two or more Credible Witneſſes, That then ſuch Perſon and Perſons ſo refuſing, Notice being firſt duly given of ſuch Refuſal, by an Advertiſement in the Gazette, ſhall have the like Benefit, as if ſuch Entry or Entries, Certificate or Certificates had been duly made and given; and that the Clerk ſo refuſing, ſhall, for any ſuch Offence Forfeit to the Proprietor of ſuch Copy or Copies the Sum of Twenty Pounds, to be Recovered in any of Her Majeſties Courts of Record at Weſtminſter, by Action of Debt, Plaint, or Information, in which no Wager of Law, Eſſoign, Privilege, or Protection, or more than one Imparlance ſhall be allowed.

Provided nevertheleſs, and it is hereby further Enacted by the Authority aforeſaid, That if any Bookſeller or Bookſellers, Printer or Printers, ſhall, after the ſaid Five an twentieth Day of March, One thouſand ſeven hundred and ten, ſet a Price upon, or Sell, or Expoſe to Sale any Book or Books at ſuch a Price or Rate, as ſhall be Conceived by any Perſon or Perſons to be High and Unreaſonable, It ſhall and may be Lawfull for any Perſon or Perſons to make Complaint thereof

thereof to the Lord Archbiſhop of Canterbury for the time being; the Lord Chancellor, or Lord Keeper of the Great Seal of Great Britain for the time being; the Lord Biſhop of London for the time being; the Lord Chief Juſtice of the Court of Queens Bench, the Lord Chief Juſtice of the Court of Common Pleas, the Lord Chief Baron of the Court of Exchequer; for the time being; the Vice-Chancellors of the Two Univerſities for the time being, in that Part of Great Britain called England; The Lord Preſident of the Seſſions for the time being; The Lord Juſtice General for the time being; the Lord Chief Baron of the Exchequer for the time being; the Rector of the College of Edinburgh for the time being, in that part of Great-Britain called Scotland; who, or any one of them, ſhall and have hereby full Power and Authority from time to time, to Send for Summon, or Call before him or them ſuch Bookſeller or Bookſellers, Printer or Printers, and to Examine and Enquire of the reaſon of the Dearneſs and Enhauncement of the Price or Value of ſuch Book or Books by him or them ſo Sold or Expoſed to Sale; and if upon ſuch Enquiry and Examination it ſhall be found, that the Price of ſuch Book or Books is inhaunced, or any wiſe too High or Unreaſonable, Then and in ſuch caſe the ſaid Archbiſhop of Canterbury, Lord Chancellor or Lord Keeper, Biſhop of London, Two Chief Juſtices, Chief Baron, Vice-Chancellors of the Univerſities, in that part of Great-Britain called England, and the ſaid Lord Preſident of the Seſſions, Lord Juſtice General, Lord Chief Baron, and Rector of the College of Edinburgh, in that Part of Great-Britain called Scotland, or any one or more of them, ſo Enquiring and Examining, have hereby full Power and Authority to Reform and Redreſs the ſame, and to Limit and Settle the Price of every ſuch Printed Book and Books from time to time, according to the beſt of their Judgments, and as

to

to them ſhall ſeem Juſt and Reaſonable; and in caſe of Alteration of the Rate or Price from what was Set or Demanded by ſuch Bookſeller or Bookſellers, Printer or Printers, to Award and Order ſuch Bookſeller and Bookſellers, Printer and Printers, to Pay all the Coſts and Charges, that the Perſon or Perſons ſo complaining ſhall be put unto, by reaſon of ſuch Complaint, and of the cauſing ſuch Rate or Price to be ſo Limited and Settled; all which ſhall be done by the ſaid Archbiſhop of Canterbury, Lord Chancellor or Lord Keeper, Biſhop of London, Two Chief Juſtices, Chief Baron, Vice-Chancellors of the Two Univerſities, in that Part of Great Britain called England, and the ſaid Lord Preſident of the Seſſions, Lord Juſtice General, Lord Chief Baron and Rector of the College of Edinburgh in that Part of Great Britain called Scotland, or any one of them, by Writing under their Hands and Seals, and thereof Publik Notice ſhall be forthwith given by the ſaid Bookſeller or Bookſellers, Printer or Printers, by an Advertiſement in the Gazette; and if any Bookſeller or Bokſellers, Printer or Printers ſhall after ſuch Settlement made of the ſaid Rate and Price, Sell, or expoſe to Sale, any Book or Books, at a higher or greater Price than what ſhall have been ſo Limited and Settled, as aforeſaid, then and in every ſuch caſe ſuch Bookſeller and Bookſellers, Printer and Printers ſhall Forfeit the ſum of Five Pounds for every ſuch Book, ſo by him, her, or them Sold, or Expoſed to Sale, One Moiety thereof to the Queens moſt Excellent Majeſty, Her Heirs and Succeſſors, and the other Moiety to any Perſon or Perſons, that ſhall Sue for the ſame, to be Recovered, with Coſts of Suit, in any of her Majeſties Courts of Record at Weſtminſter, by Action of Debt, Bill, Plaint, or Information, in which no Wager of Law, Eſſoign, Privilege or Protection, or more than one Imparlance ſhall be allowed.

Provided

